

2096.

1317 d. 15 Febr.

ARNVID GUSTAFSSON intygar, att de 10 öreländ i Njursta i Eds socken, hvilka Domprosten Andreas fått efter sin företrädare, Domprosten Israel, med rätta tillfalla Lagman Birger Persson. (Jfr. N. 1364, 2029).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras inspecturis, ARNWIDUS GØZSTAFSSON, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium protestor recognoscens .X. oras terre in niuzstæ. quas reuerendus vir dominus Andreas prepositus vpsalensis concessiue post dominum Jsraelem felicis recordacionis antecessorem suum habuerat, domino býrgero pætersson et suis heredibus possessiue cedere pleno iure, In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, datum anno domini M° CCC° XVII, XV kalendas marcij.

På frånsidan: Vt dominus birgerus possideat .X. oras terre in nizsta.

Sigillet, på en ur brevet klippt remsa, till hälften borta.

2097.

1317 d. 24 Febr.

Nyköping.

Konung BIRGER utfärdar stadsprivilegier för Thorshälla och bestämmer fredagen i hvarje vecka till torgdag.

Orig. på perg. i Engeströmska Bibl. i Stockholm.

BIRGERUS dei gracia sweorum gothorumque Rex. Omnibus presentes litteras inspecturis. Salutem in domino sempiternam. Quanta cordis alacritate quave promptitudine cupimus iustis subditorum votis semper annuere, presertim vbi ipsorum releuantur grauamina et commoda procurantur. No-uit ille qui scrutator est cordium et cognitor secretorum. Accedentes igitur ad nostram presenciam discreti viri, germundus et Olaus ciues de thorssargh, ex parte conciuum suorum omnium querulose nobis exponere curauerunt, Quod quia pari et communi jure cum aliis villis huiusmodi et regni ciuitatibus vti et gaudere non poterant, plura pluries exinde grauamina sunt perpassi. Quare petebant humiliter et instanter, vt ipsos, et ipsorum conciuos, omnes villanos in Thorssargh, et villam ipsam in faciendis exhibicionibus, Mercacionibus exercendis, ac aliis omnibus, jura ciuitatum et villarum huiusmodi vt prediximus, tenere et habere de cetero benignitate solita faceremus. Nos vero qui ad releuanda subditorum grauamina, vt predictum est, prompto semper animo consurgimus et affectu. Aduertentes

dictam petitionem ciuium premissorum, a justicia et equitatis tramite minime declinare. Cupientes eciam ipsorum ciuium indemnitati pariter et utilitati fauorabiliter in hac parte consulere. Indulgemus ipsis indulgentia perpetuo valitura, vt in Exhibicionibus et iuribus quibuslibet nobis debitis exhibendis, ac aliis quibuscunque, se ipsos, vel alios venientes aliunde, tangentibus. Consimilibus et eisdem iuribus cum aliis villis et regni ciuitatibus, de cetero gaudeant integraliter et vtantur. Preterea sciant cuncti ad villam Thorsshargh. negociacionis causa volentes accedere, quod ciues ipsi Thorssargenses, sextam feriam in singulis septimanis pro die fori, ex nostre ordinationis decreto, de cetero tenere et habere debebunt. Prohibemus igitur firmiter et districte, ne quis contra huiusmodi nostre ordinationis decretum, presumat vel audeat, quicquam aliquo modo attemptare, sicut vindictam regiam voluerit euitare. Jn cuius facti nostri euidentiam pleniorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Nycopie. Anno. domini. M^o. CCC^o. decimo septimo. Jn die beati Mathie Apostolij.

Sigillet borta, remsan qvar.

2098.

1317 d. 15 Mars.

Drotset JOHAN BRUNKE intygar, att Kyrkoherden Lars i Kumla lemnat sina gods i Bredehven till Riseberga kloster.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras inspecturis, JOHANNES BRUNKOW illustris regis swecie dapifer, salutem jn domino sempiternam, Nouerint uniuersi et per presentes recognoscimus Nos jn persona propria affuisse et veritatis consciencia audiuisse, quod discretus vir dominus laurencius curatus de cumblum bona bredhæhuen religiosus dominabus de risæbergh resignauit, et dicti Monasterij Monialibus appropriauit Jure legitimo possidenda Jn cuius recognitionis testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum, Datum. Anno. domini. Millesimo, CCC^o. decimo septimo feria tertia proxima post dominicam quartam Quatragesime jn qua cantatur letare et cetera.

Sigillet mycket skadadt, på en ur brefvet klippit remsa.